

cuntur veritates immediatè revelatæ, aliæ tamen, quæ ex illis inferuntur, solum cognoscuntur per Theologiam, seu per discutum.

26. Tertio probatur conclusio, quia revelatio virtualis est motivum specie distinctum in movendo à revelatione, ut formaliter: Ergo assensus motus ex revelatione, ut virtuali, est etiam specie distinctus ab assensu moto ex revelatione, ut formaliter; sed hic est fideliter: Ergo ille non est fidei theologicæ, sicutidem non datur duplex fides theologica specie diversa. Antecedens probatur, quia revelatione, ut virtuali, & ut mediata, non movere præcivit à connexione, sed media connexione obiecti formaliter revelati cum alio, & ratione talis connexionis, quia ratione illius est virtualiter revelatio alterius: Revelatio autem, ut formaliter, movet ad id, quod formaliter revelat, præcivit, & independenter à connexione, aut illatione villa obiecti revelati cum alio: Sed isti modi movendi sunt aperte specie distincti: Ergo revelatio, ut virtuali, est specie distincta in modo movendi, scilicet in movendo, à se ipso, ut formaliter.

27. Sed contra obiectioe primo: Idem habitus, qui attingit veritatem immediatè revelatam, potest assentire veritati in ea virtualiter cōtent: Sed per habitum fidei assentitur intellectus veritatibus immediatè revelatis; Ergo per eundem habitum assentiri potest veritatibus virtualiter in illis contentis, scilicet ex illis illatis, scilicet, per fidem. Probatur maior, quia Beatus per idem lumen glorie attingit primaria essentiam divinam, & secundario creaturas virtualiter in illa contentas, & ex illa illatas. Et similiter Deus eodem lumine, quo cognoscit suam essentiam primario, cognoscit secundario creaturas in ea virtualiter contentas: Ergo idem habitus, qui attingit veritatem immediatè revelatam, potest attingere alias veritates in eis virtualiter contentas. Confirmatur, quia eadem charitate amamus Deum propter se, & creaturas propter Deum: Ergo eadem fide credere possumus veritatem immediatè revelatam, & aliam propter ipsam; id est, quia ex illa illata.

28. Rispondeo primo, negando maiorem. Ad cuius probationem, concessio antecedenti, nego consequiam, quia habitus fidei non est ita extensus, & perfectus, nec tanta amplitudine gaudens, sicut lumen glorie, ac propiore, non potest se extendere ad tot obiecta, sicut lumen glorie. Ratio est, quia fides est participatio imperfecta luminis divini, cuius modus tendendi, & ratio formalis est magis limitata, quam in lumine glorie, quod est participatio valde superior, & amplior

divini luminis, quia, quæ in inferioribus sunt sparsa, in superioribus sunt unita: Licet ergo lumen glorie, propter sui superioritatem, amplitudinem, & excellentiam, possit se extendere ad veritates immediatas, & mediatas, ad essentiam divinam, quæ est veluti primum principium, & ad creaturas, quæ sunt veluti conclusiones, minime probatur id ipsum posse competere habitiui fidei, quia cum ipse, & habitus Theologie sint inferioris ordinis, in ipsis est sparsa vis, que in lumine glorie inventur unita. Et eodem modo respondeo ad paritatem luminis divini.

29. Vel secundo, dato quod per eundem habitum fidei possit intellectus assentire veritatibus immediatè revelatis, & alijs ex illis deducitis, tamen non assentire per fidem, credendo, sed per scientiam inferendo unum ex alio; quia tunc causus habitus fidei adunaret in se, & formaliter fidei, & formaliter scientie, sicut lumen glorie, aut lumen divinum, id est enim lumen divinum, & lumen glorie poscent attingere essentiam divinam, & creaturas, quia in se adunant, & rationem luminis principiorum, & rationem scientie, scilicet sapientie, & sub munere luminis principiorum attingunt essentiam divinam, & sub munere sapientie creaturas, ut ex divina essentia illatas: Sic ergo foret in fide. Ex quo non sequeretur, quod veritates tantum virtualiter, & mediater revelate essent immediatè de fide, aut credibilis per fidem, ut fidem; sed tantum, quod essent attingibiles ab habitu fidei, sub munere scientie inferentis unum ex alio, non sub munere fidei credentis immediate. Sed nec hoc est admittendum, quia alias licet etiam id ipsum assertor de habitu, scilicet lumine primorum principiorum, quod scilicet adunaret in se, & vim luminis principiorum, & vim scientie, & sic per se ipsum attingeret primario principia, & secundario conclusiones: Ex quo rursus sequeretur non dari habitus scientiarum distinctos ab habitu luminis principiorum, sed habitum luminis principiorum ad omnia sufficeret, quod est contra fere omnes Philosophos. Ad confirmationem, pariter, concessio antecedenti, nego consequiam, quia paritas inter fidem, & charitatem stat in eo, quod sicut charitas amat Deum, propter se, & creaturas propter ipsum, ita fides credit divinum testimonium propter se, & alia propter divinum testimonium. Et etiam inter ipsa testificala, primario credit Deum, ut primario revelatum, & testificatum, & secundario alia in ordine ad ipsum Deum, modo infra explicando.

30. Sed replicabis: Per habitum fidei allen-